



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Finis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

## F I N I S.

F I N I S est bonum verum vel apparen<sup>s</sup>, quod A propter se appetitum facit, ut aliud propter ipsum appetatur. Estque duplex; nempe ultimus, qui propter se ipsum solum amat<sup>ur</sup>: & medius, qui propter se, vel propter aliud est amabilis. Et uterque potest esse verus vel falso, bonus vel malus. Præl. 4. num. 2. 3.

Et que iterum duplex, finis cuius, in quo stratio boni, & finis quo, qui est illius boni adeptio, possessio, seu usus. & potest etiam uterque esse ultimus vel medius, verus vel falso. num. 3. 4. Diuiditur etiam in finem principalem, & minus principalem. cap. 17. num. 109. & cap. 21. num. 40.

Vt autem aliquis finis sit principialis alii- B tius actus, non sufficit esse causam sine qua non: sed oportet quod pluris, vel tanti æstrinetur, ac aliis finis propter quem ille fieri. cap. 17. num. 206.

Non dicitur ille constituere ultimum fi- C nem in aliquo, quod sic afficitur erga eum, ut malit peccare mortaliter, quam omittere illud. Quoniam alias omnes qui sciéter peccant, peccarent duplex peccatum: unum quidem, transgrediendo legem: alterum, constitendo finem ultimum in creatura. Præterea quoniam multi peccat mort. cognoscentes,

Y a sc:

Si minimè cōstituere in eo finem vltimum.  
Präl. 9. num. 16. Nou. num. 19.

Omnis actus cuius finis est malus, mor-  
talis, vel venialis, ipse quoque est talis. c. 13.  
n. 2. & c. 14. n. 33. & c. 21. n. 40.

Quando finis operis est verē bonus, &  
principalis, non definit esse talis, quamus  
addatur minus principalis alicuius boni tē-  
poralis, propter quod, si principaliter fieret,  
erit malum. Dummodo illud minus prin-  
cipale nullo modo sit malum culpa, sed res  
licitē appetibilis. cap. 14. num. 33.

Inter finem malum, qui est malum culpæ,  
& finem malum, qui est ineptus, hoc est, mi-  
nus bonus quam medius, hoc distat, quod  
iste potest esse finis minus principalis boni  
operis, ille verò nullo modo. Ibidem.

Finis minus principalis, & secundarius  
retributionis, & mercedis in bono opere, eru-  
in ipso obsequio diuino licitus est, & bonus  
imo contrarium asserere est hæreticum. cap.  
17. num. 209.

Finis principalis vanæ gloriae in agendis  
rebus principaliter ad cultum diuinum in-  
stitutis, non est nisi tantum venialis. cap. 23.  
num. 15. §. 4.

Non tamen erit neque venialis, imo erit  
meritorius, quando principaliter excentur  
propter Deum, & minus principaliter propter

laudem.

laudem, & gloriam in finem aptum rela-  
num. ibidem. & num. 15.

Finis malus voti annullat ipsum votum,  
quia non est eius materia conueniens; quam-  
vis ipsum votum sit bonum. cap. 12. num. 30.

De sine Legis. vide Lex 3.

Quando finis praecepti est aliud a re præ-  
cepta, tunc non cadit sub præceptum. cap. 13.

Finis utilis animae, & bonis proximi, ex-  
clusus a furto mortali. cap. 17. num. 5.

### F O E M I N A.

**F**OEMINA ornans se per contemptum  
falsis animae proximi; quem credit spi-  
ritualiter, per eam periturum; mortaliter  
peccat. Secus si talis contemptus desit. Præ-  
sum. 15. No. num. 17. & cap. 13. num. 13. & b.  
op. 14. in fine.

Non peccat mort. mulier, quae se ornat ob-  
solam vanam gloriam sine alio malo sine,  
quamvis credat aliquem ob id cōcupiscen-  
tiam mortalem concepturum: peccat tamén  
vinaliter. cap. 24. in fine.

Furmina quae vi opprimitur, quid debeat  
fateretur. vide tit. Luxuria.

**F**OENVS ET F O E N E R AT I O. vide  
Vita.

Y 3      POETVS

